

stantiam temporis vagam adhuc & incertam, in ordine statæ dissinitionis coegerit, & editio palam posito publicauit, scripsit Anticatones duos: Scripsit & de Analogia auspicioꝝ, verum præter hæc à se gestarum tam Gallici quam ciuilis belli, libros edidit, nō à suis magis quam ab hoste laudatos. M. enim Tullius, alioquin multum in Cæsarem grauiter inuenitus, hosti tamen libros erubuit illaudatos præterire. Commentarios, inquit, scripsit valde quidem probandos, nudi sunt, recti & venusti, omni ornatu orationis tanquam veste detracta, Sed dum voluit alios paratam habere, unde sumerent qui scribere vellent historiam, ineptis gradum fortasse fecit, quia illa vellent calamistris invrere, sanos quidem homines à scribendo deterruit. Eosdem Cæsaris libros, scriptores suarum (ut fama fert) Iulius Celsus, ut Suetonio videtur Hirtius, ita commendat: Difficillimam rem suscepi Cæsar is nostri Commentarios rerum gestarum Gallie. Nec multo post, quos utinam qui legerint, inquit, scire possint, quam inuitus cœperim scribendos, quo facilius caream stultitiae atque arrogantiæ crimine, qui me mediis interposuerim Cæsar is.